

Haec autem cum iis, quae Plato scripsit initio tractationis de materia, conferamus:¹¹ *Nunc autem oratio videtur cogere arduam et obscuram speciem, tentare sermonibus manifestare. Quam ergo potentiam et naturam ipsum putandum? Talem maxime omnis esse generationis susceptaculum veluti nutricem, cur haec nullam habent determinationem? Aut haec alia sequentia?*¹² *Et sane ut ignis, id quod semper tale et omne quaecumque habent generationem: in quo vero ingenerantur singula ipsorum eluent et rursus inde deperduntur, solum illud appellare. Huic vero et hoc utentes nomine.*

Sunt quidem haec, ut Aristoteli concedatur, non satis clare dicta. At quae de auri exemplo multo aliis verbis quam Aristotelis refert, clariora. Sed ipse non multo clarius declaravit illud:¹³ *Ex qua fiunt vocata elementa. Nam illud (ex qua) si materia intelligatur, non usquequaque verum fuerit elementa ex materia generari, opus enim est, ut elementa fiant ex materia et contrarietate. Si vero ex contrarietate intelligatur, neque illud verum fuerit, cum opus sit etiam materia.*

Neque etiam Aristoteles clare dixit (sed semper cum contrarietate) nullam enim habere videtur materia in se contrarietatem, ex qua elementa fiant. Sed forte clarius Plato:¹⁴ *Quodvis contrariorum et omnia quaecumque ex his.*

Sed cum Plato dicat:¹⁵ *Suscipit semper omnia. Et*¹⁶ *Et veluti tabella natura cuique iacet mota et transfigurata ab ingredientibus appa-*

¹¹ νῦν δ' ὁ λόγος ἔστικεν εἰσαναγκάζειν χαλεπὸν καὶ ἀμυδρὸν εἶδος ἐπιχειρεῖν λόγοις ἐμφανίσται [ἐμφανῆσαι]. τίνα οὖν {ἔχον} δύναμιν καὶ φύσιν αὐτὸν ὑποληπτέον; τοιάνδε μάλιστα· πάσης εἴναι γενέσεως ὑποδοχὴν αὐτὴν [αὐτὸν] οἷον τιθήνην. [PLATO, Ti. 49.a.3 – 6]

¹² καὶ δὴ καὶ πῦρ τὸ διὰ παντὸς τοιοῦτον, καὶ ἄπαν ὅσον περ [ὅσα περ] ἀν ἔχῃ γένεσιν. ἐν ᾧ δ' ἐγγιγνόμενα {ἀεὶ} ἔκαστα αὐτῶν φαντάζεται καὶ πάλιν ἐκεῖθεν ἀπόλλυται, μόνον ἐκεῖνο αὐτὸν [ἀν] προσαγορεύειν τῷ τε τούτῳ [τὸ δὲ τούτῳ] καὶ τόδε προσχωμένους ὄνόματι. [PLATO, Ti. 49.e.6 – 50.a.2]

¹³ ἔξ ής γίνεται τὰ καλούμενα στοιχεῖα. [ARIST. G C 329a.26 – 27]

¹⁴ ὅτιοῦν τῶν ἐναντίων, καὶ πάντα ὅσα ἐκ τούτων. [PLATO, Ti. 50.a.3 – 4]

¹⁵ δέχεται τε γὰρ [δέχεται δ'] ἀεὶ τὰ πάντα. [PLATO, Ti. 50.b.8]

¹⁶ ἐκμαγεῖον {γὰρ} φύσει παντὶ κεῖται, κινούμενόν τε καὶ διασχηματιζόμενον ὑπὸ τῶν εἰσιόντων, φαίνεται δὲ δι' [δ'] ἐκεῖνα ἄλλοτε ἀλλοῖον. [PLATO, Ti. 50.c.2 – 4]